ANTONII VINITIANI SICULI, ... EPIGRAMMATA QUASI OMNIA, INSCRIPTIONES, ...

Antonio Veneziano, Francesco Baronio Manfredi, Antonio Palma

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
11 C
43

1646



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



ANTONII VINITIANI SICVLI,

Poetæ Celeberrimi

EPIGRAMMATA QVASI OMNIA,

Inſcriptiones, Fontiumquè Deſcriptiones,

ET

TRIVMPHALES ARCVS:

Quæ quidem omnia in vnum, bonis iuuantibus, iiſdemquè probantibus, ſolers induſtria, & opera

D. D.

FRANCISCI BARONII MANFREDIS

Cooptauit.

Nunc primum hoc Opus prodit in lucem

I. A. D. F. D. Carolo Valdinæ ſacrum.

EMANUELE VITTORIO BIBLIOTECA IN ROMA

PANORMI, Apud Alphonſum de Iſola Impreſſorem Camer. M.DC.XLVI.

Impr. Salernus Vic. G. *Impr. De Denti P.*

Ex optimis selectisque Antonij Palma [illegible]

Illuſtri Adm. Domino

F. DON CAROLO

VALDINÆ

COMMENDATARIO,

AC

TOTIVS SICILIÆ

Ex Religionis Hieroſolymitanæ auctoritate

Receptori

F.

PALLAS, eadem ac Bellona, Sapientiæ, ac Belli Dea, haud abs re præfert obarmatum caput. Aut ſcilicet Regiæ ſedis, in qua ſedet Sapientia, tutelaris; aut Belli Pręſes, & Pacis, quę Bellorum alea, quæ Pacis tempore rectè, ſapienterquè Remp. adminiſtrat. Hinc Palladi, Bellonæue nulla vis poteſt obſiſtere, nulla potentia. Sine Bellona Pallas inermis, ſine Pallade Bellona imprudens. Alterius opis altera indigna. Iure ergo armata Pallas. Nihil molitur, aggreditur nihil, quod nõ perficiat, quod non abſoluat. Armatus Eques (glorioſum

ſtemma, CAROLE, generis tui) Palladis, Bellonæue alumnus, Cygnum Antonij Vinitiani inſigne gentilitium, Palladis caſsidi aptat pro Gallo, vt dormitantes exuſcitet, & alliciat ad cantum. Hiſpanis ſemper, ſemper Italis, Siculis ſemper huiuſce Cygni vox grata. Poſthac ſub tutelaris Mineruæ milite gratior, acceptior, ſuauior. Pro arbitratu nuper ſuo cecinit hic Cygnus. Occinet in poſterum, CAROLE, laudes tuas cælo inſerendas, vel cælo exæquandas. Cygni vox immortalis. Immortale & nomen tuum. Promethei faculæ non diſpar. Panormi canit, ſed ab degentibus.

Extra anni, ſoliſquè vias

Vir. Aen. 7. excipitur hic cantus. Te ſecum prouehet, te lætus inuehet ad familiæ tuæ, tuiquè generis decus perennandum. Hic Cygnus, quia eruditior, quia doctior, res præclarè geſtas a FRANCISCO VALDINA ſub Federico II. Ab Georgio ſub Carolo II. ac Duce Roberto Neapolitanis Regibus; Ab Ioanne Montorij propugnatore contra Regem Aloyſium, Tarentino Principe, & Athenarum Duce Militiæ Præfectis, Ab Petro, clariſsimo Patre tuo in omnem æterenita-

nitatem commendando, ceteriſquè, ne multus ſim, prætermiſſis, ad Carinani Pontem contra Gallorum aciem ſtrenuè, ac fortiter obſiſtente explicaturus; in quo quidem Ponte propugnando non tam Vincentij Fratris tui laudes, quam tui ipſius haſtati militis maſculam virtutem, gloriamquè non omittet. Tua enim virtus in eo militari munere quaſi quoddam lumen ſic eluxit, vt inuidis oculorum aciem perſtrinxerit, Dicarchis ora concluſerit, probis vero, ac rectis rerum æſtimatoribus, non vnum, ſed multiplex, nec vulgare quidem laudationis ſuppeditarit argumentum. Verum hæc cum ceteris tuæ Familiæ Proceribus communia; Illud tuum, ac proprium. Te dumtaxat vnum hic Cygnus, cùm dies, noctesquè impranſus exigeres, cum iaceres ſub dio, cum algeres, non hoſtes horreres, ad Hiſpani Regis dignitatem, gloriamquè, vel retinendam, vel amplificandam Palladis inſidens galeæ non intermiſſo carmine ſic occinet, vt nunquam iuſſus, iniuſſuſquè deſiſtat. Melitam ex citeriori Gallia celer aduolabit. Te noctes canet, ac dies, quem in rebus omnibus ab Carolo Patruo tuo ſupra communem hominum a-

leam poſito præclarè geſtis, dum Claſsi Meli-
tenſi præſideret, ſemper interfuiſſe conſtat ſa-
tis, ac ſuis omnibus abſoluta numeris fama
vulgauit. Te Triremis hic S. Petri ductorem
(Langrauio Melitæ Claſsis Præfecto) ſub Go-
lettæ arce cum pyraticis nauibus ſtrenuiſsimè
pugnantem, addentemquè felici inchoamen-
to tui nominis felicius incrementum. Nihil
de Siculæ Militiæ Melitam aduectæ præfectu-
ra, in qua & prudentiam ſuſpexit, & ſapien-
tiam demiratus eſt tuam, poſt obitas ad Prore-
ges Siculos, legationes, orbis terrarum ad-
mirabundus. Audin' Carole ter Max. huiuſce
Cygni concentum quauis armonia ſuauio-
rem? Sub vmbra armati Equitis tui edet in-
poſterum carmen dulcius, gratius, nobilius.
Nobiliſſimi Equitis vmbra vocat exteros, al-
licit incolas ad occinentem Cygnum. Nihil
vtrinquè pertimeſcendum. Eques armis in-
ſtructus Siculo Cygno fauet, patrocinatur &
exteros, fouet & incolas omnes. Hinc tutelari
Equiti laudem omnes, hinc auras, aureſquè
mulcenti Cygno ferent omnes & laudum.
Rectè ſibi ominatur hic Cygnus. Ex galeato
Equite omen auguſtius, auguſtius & nomen.
Patronus Eques quid non ſpondet boni? Qui

itidem, dum ſtat, Poetæ optimo, nobiliſsimoq; palmarem pollicetur gloriam, pollicetur & triumphum. Mœcenati inclyto offert & famam, defert & nominis æternum decus. Hoc ex Cygni cantu maius, quam ex collata ab Hieroſolymitano Magiſtratu dignitate nouus Męcenas honoris eſt habiturus incrementum. Hæc breuibus vnius Sicilię circumſcripta finibus, ille vagatur in orbem terrarum. Nullum ſibi præſcribit terminum, quin dicam cum Mantuano:

Imperium Oceano, famam qui terminat aſtris. *Vir. Aen.1.*

Bona igitur alite canet hic Cygnus. Huiuſce vox exauditur nunc primum. Iamdudum expectata Academijs, nunc Mundo gratior ſub vmbra tua. Hic occinentis Cygni voce pellectus tibi grates aget, dabit & plauſum. Vale, CAROLE ter Opt. Vale, & ſalue, ac æternum viue. Vale. Panormi Idib. Iulij 1646.

Dominat. Veſtr.

Seruus addictiſs.

D. D. Franciſcus Baronius Manfredis.

VITA
ANTONII VINITIANI.

ANTONIVS Vinitianus Ciuis Montis Regalis, idemquè Patritius ex claro Patre, 1543. vij. Ianuarias; Panormi educatus, atquè ab ineunte ætate liberalibus diſciplinis eruditus in publicis, priuatiſq; literarijs concertationibus haud mediocrem ſummi ingenij, omnium ſuffragijs conſequutus eſt laudem. Fuit in oratoria facultate conſpicuus, in poetica ſingularis; in qua virtute comparanda dumtaxat omne ætatis ſuæ tempus inſumpſit: Et licet hetruſco, & hiſpanico ſermone multa conſcripſerit; ſiculo tamen idiomate expectationem, quam de ſemetipſo concitarat, longè, multumquè non ſuperarit modo, ſed & ceteris in pangendo palmam ſūma cum ſui nominis dignitate preripuerit. In grecis literis ita verſatus, vt excelluerit; Romæquè, Franciſci Toleti è Societate Ieſu Cardinalis Ampliſsimi tempeſtate, qua tempeſtate Antonius humaniores literas edoceret, Athenas Romam fuiſſe translatas Vinitiani aduentu fama vulgauit. Extant non pauca ſui monimenta ingenij, & quidem italicè, vel latinè & tempori, & ex tempore conſcripta; quæ quidem omnia, aliaquè, quæ Fontalia ipſe appellabat, typis mandaſſet, niſi ferali Caſtelli maris ruina oppreſsus obiiſ-

obijſſet. Superſtites tanti Poetæ ſunt teſtes locupletes non paucæ Inſcriptiones. Multa Epigrammata. Promiſcua. Equeſtria. Noſtratia. Proregia. Sacra. Scripſit Poëma duplex, alterum de Chriſti Domini morte, cuius initium hoc eſt: Non mea cæſarios narrabit Muſa triumphos. Alterum de Cardueli ab Eminentiſſ. D. D. Coſmo de Torres S. R. E. Cardinali, cum eſſet Ephebus, in Montis Regalis gymnaſio recitatum. Omnem moui lapidem, vt vtrumquè perueniret ad me. Nihil hactenus profeci. Plures itidem triumphales Arcus. Alterum de M. Antonio Columna, cum primum Panormum Prorex appulit. Alterum, cum Meſſana Panormum redux. Tertium de D. D. Ludouico de Torres huius nominis II. Montis Regalis Archiepiſcopo. Quartum deniquè de D. D. Didaco de Aëdo Archipræſule Panormitano hiſpanicè conſcriptum. Ad hæc. De D. Nympha Panormitana ciue in Patriam reduce triumphũ elegantibus verſibus exornatum. De Oliuarenſi Comite Siculi Regni Prorege Phrænoſchemata non pauca. Multa de Præſulibus, aliquot de Regibus, non pauca de priuatis Equitibus. Quorum bona pars perijt vel temporum iniuria, vel æmulorum inuidia; qui Antonij Vinitiani purioris calami ſplendorem contaminarunt, einſq; nomini tenebras offuderunt. De Pratorio Fonte erudita explicatio, vt ingenioſa diſpo-

ſitio;

ſitio; ſuis quidem verſibus inſignita. Dum in Algerio M.D.LXXXV. plus, minuſuè, ſeruiret ſeruitutem, Cæliam ſcripſit ad moleſtias animi ſui leuandas, in cuius primæua papyro, quæ penes me eſt, nihil non candidum, nihil non bonum, nihil non chriſtianis moribus conſonũ lectitatur. Antonius quidem in diſſerendo facetus, acutus in ſcribendo, in pangendo modeſtior. Nihil planè ſcripſit, quod perfectum ingenio, elaboratum induſtria non videretur. Plerique Hetruſci, Siculique itidem Vates, Vinitiani ornati ſpolijs vel in Academiarum, vel in Typographię theatro non vulgarem ſibi gloriam compararunt. Horum omnium nomina de induſtria ſupprimuntur, ne ab hiſce nomen in pangendo (dixerim ego & rectius, in exſcribendo) comparatum non opprimatur modo, ſed & etiam extinguatur. Audio hoc factitatum ab alijs. Huius itaque fama cum terrarum orbem impleſſet, vniuſcuiuſquè animum ſic accendit, vt pleriquè Patriam poſthabuerint, (quod de Torquato Taſſo Poeta eminentiſsimo, & Hetruſcorum Vatum Principe conſtat ſatis) atque in Siciliam conuolarint ad habendum cum Antonio vltro, citroq; ſermonem. Memorabili Caſtelli maris ruina diem obijt. Erutum ex huius Caſtelli parietinis cadauer in Montis Regalis Vrbem, bonis omnibus collacrumantibus, translatum. Dum effoderetur, Comes Alba de

D. Nympha. Ciuis. Vrbis. noſtræ. Protectrix.

Anagramma.

Henryc. Pror. temp. tranſ. ſub. an. VI.
D. XC. III.

Scilicet

Henryci Proregis tempore ſub anno ſextæ
Quingenteſimi nonageſimi Tertij.

Aliud.

Clement. Octa. Di. Fauen. miſera. Pont. Max.
grat. Dmñ. Mariæ. Pimẽtel. ac Fõſecą. rogatu.

Scilicet.

Clementis Octaui diuina fauente miſeratione
Pontificis Maximi gratia

Che rende

Domnæ Mariæ Pimentel, ac Fonſeca rogatu.

Nec munus potius, ſed non potiore rogatu
A Clemente dari, a Maria exorarier vna
Cara Panorme tibi potuit, quo reddita Nym-
phæ eſt.
Nympha decus Patriæ, dominæ debere Pi-
mentel,
Ac Fõſeca agnoſce, hæc gratia gratior omni.

Vir-

Virgo Deipara.

Auguſti Erygone induitur ſole idibus, ijſdem
Sole ſuo induta eſt vnica Virgo, Parens.

Eadem.

Ante Dei partum Virgo, partuquè ſub ipſo
Poſt ſimul oblatas accipe Virgo preces.

Eadem.

Hinc Sol, hinc Virgo, cæleſtis ſcilicet ortus
Solis,& Occaſus; Sol procul eſſe poteſt?

Chriſtus Cruci fixus.

Heu pietas,heu mirus amor, ſtat flebile lignũ,
Vitæ Auctor moritur, reddita vita reis.

Hæc eſt felicis decus, & tutela Panormi,
Quæ Auctoris nomen grande ſalutis habet.

Eulaliam, Eulaliam tranſis quicumq;, ſaluta.
Cui dos,Crux;Chriſtus ſpóſus, amorq. fuit.

Mare Dulce,

Quod è muſcoſo ſpecu in æquor,
Panormitanæ Vrbis erumpit.

Cum Natura ſuos decreuit ponere fines,
Pollicita eſt montes, & maria ipſa tibi:

Fal-

leam poſito præclarè geſtis, dum Claſsi Meli-tenſi præſideret, ſemper interfuiſſe conſtat ſatis, ac ſuis omnibus abſoluta numeris fama vulgauit. Te Triremis hic S. Petri ductorem (Langrauio Melitæ Claſsis Præfecto) ſub Golettæ arce cum pyraticis nauibus ſtrenuiſsimè pugnantem, addentemquè felici inchoamento tui nominis felicius incrementum. Nihil de Siculæ Militiæ Melitam aduectæ præfectura, in qua & prudentiam ſuſpexit, & ſapientiam demiratus eſt tuam, poſt obitas ad Proreges Siculos, legationes, orbis terrarum admirabundus. Audin' Carole ter Max. huiuſce Cygni concentum quauis armonia ſuauiorem? Sub vmbra armati Equitis tui edet inpoſterum carmen dulcius, gratius, nobilius. Nobiliſſimi Equitis vmbra vocat exteros, allicit incolas ad occinentem Cygnum. Nihil vtrinquè pertimeſcendum. Eques armis inſtructus Siculo Cygno fauet, patrocinatur & exteros, fouet & incolas omnes. Hinc tutelari Equiti laudem omnes, hinc auras, aureſquè mulcenti Cygno ferent omnes & laudum. Rectè ſibi ominatur hic Cygnus. Ex galeato Equite omen auguſtius, auguſtius & nomen. Patronus Eques quid non ſpondet boni? Qui

itidem, dum ſtat, Poetæ optimo, nobiliſsimoq; palmarem pollicetur gloriam, pollicetur & triumphum. Mœcenati inclyto offert & famam, defert & nominis æternum decus. Hoc ex Cygni cantu maius, quam ex collata ab Hieroſolymitano Magiſtratu dignitate nouus Męcenas honoris eſt habiturus incrementum. Hæc breuibus vnius Siciliç circumſcripta finibus, ille vagatur in orbem terrarum. Nullum ſibi præſcribit terminum, quin dicam cum Mantuano:

Imperium Oceano, famam qui terminat aſtris. *Vir. Aen. 1.*

Bona igitur alite canet hic Cygnus. Huiuſce vox exauditur nunc primum. Iamdudum expectata Academijs, nunc Mundo gratior ſub vmbra tua. Hic occinentis Cygni voce pellectus tibi grates aget, dabit & plauſum. Vale, CAROLE ter Opt. Vale, & ſalue, ac æternum viue. Vale. Panormi Idib. Iulij 1646.

Dominat. Veſtr.

Seruus addictiſs.

D. D. Franciſcus Baronius Manfredis.

VITA
ANTONII VINITIANI.

ANTONIVS Vinitianus Ciuis Montis Regalis, idemquè Patritius ex claro Patre, 1543. vij. Ianuarias; Panormi educatus, atquè ab ineunte ætate liberalibus diſciplinis eruditus in publicis, priuatiſq; literarijs concertationibus haud mediocrem ſummi ingenij, omnium ſuffragijs conſequutus eſt laudem. Fuit in oratoria facultate conſpicuus, in poetica ſingularis; in qua virtute comparanda dumtaxat omne ætatis ſuæ tempus inſumpſit: Et licet hetruſco, & hiſpanico ſermone multa conſcripſerit; ſiculo tamen idiomate expectationem, quam de ſemetipſo concitarat, longè, multumquè non ſuperarit modo, ſed & ceteris in pangendo palmam, sūma cum ſui nominis dignitate preripuerit. In grecis literis ita verſatus, vt excelluerit; Romæquè, Franciſci Toleti è Societate Ieſu Cardinalis Ampliſsimi tempeſtate, qua tempeſtate Antonius humaniores literas edoceret, Athenas Romam fuiſſe translatas Vinitiani aduentu fama vulgauit. Extant non pauca ſui monimenta ingenij, & quidem italicè, vel latinè & tempori, & ex tempore conſcripta; quæ quidem omnia, aliaquè, quæ Fontalia ipſe appellabat, typis mandaſſet, niſi ferali Caſtelli maris ruina oppreſſus obijſ-

obiiſſet. Superſtites tanti Poetæ ſunt teſtes locupletes non paucæ Inſcriptiones. Multa Epigrammata. Promiſcua. Equeſtria. Noſtratia. Proregia. Sacra. Scripſit Poëma duplex, alterum de Chriſti Domini morte, cuius initium hoc eſt: Non mea cæſarios narrabit Muſa triumphos. *Alterum de Carducli ab Eminentiſs. D. D. Coſmo de Torres S. R. E. Cardinali, cum eſſet Ephebus, in Montis Regalis gymnaſio recitatum. Omnem moui lapidem, vt vtrumquè perueniret ad me. Nihil hactenus profeci. Plures itidem triumphales Arcus. Alterum de M. Antonio* Columna, *cum primum Panormum Prorex appulit. Alterum, cum Meſſana Panormum redux. Tertium de D. D. Ludouico de Torres huius nominis II. Montis Regalis Archiepiſcopo. Quartum denique de D. D. Didaco de Aëdo Archipræſule Panormitano hiſpanicè conſcriptum. Ad hæc. De D. Nympha Panormitana ciue in Patriam reduce triumphũ elegantibus verſibus exornatum. De Oliuarenſi Comite Siculi Regni Prorege Phrænoſchemata non paucæ. Multa de Præſulibus, aliquot de Regibus, non pauca de priuatis Equitibus. Quorum bona pars periјt vel temporum iniuria, vel æmulorum inuidia; qui Antonij Vinitiani purioris calami ſplendorem contaminarunt, eiuſq; nomini tenebras offuderunt. De Pratorio Fonte erudita explicatio, vt ingenioſa diſpo-*

ſitio;

ſitio ; ſuis quidem verſibus inſignita. Dum in Algerio M. D. LXXXV. plus, minuſuè, ſeruiret ſeruitutem, Cæliam ſcripſit ad moleſtias animi ſui leuandas, in cuius primæua papyro, quæ penes me eſt, nihil non candidum, nihil non bonum, nihil non christianis moribus conſonũ lectitatur. Antonius quidem in diſſerendo facetus, acutus in ſcribendo, in pangendo modeſtior. Nihil planè ſcripſit, quod perfectum ingenio, elaboratum induſtria non videretur. Plerīquè Hetruſci, Siculique itidem Vates, Vinitiani ornati ſpolijs vel in Academiarum, vel in Typographię theatro non vulgarem ſibi gloriam compararunt. Horum omnium nomina de induſtria ſupprimuntur, ne ab hiſce nomen in pangendo (dixerim ego & rectius, in exſcribendo) comparatum non opprimatur modo, ſed & etiam extinguatur. Audio hoc factitatum ab alijs. Huius itaque fama cum terrarum orbem impleſſet, vniuſcuiuſquè animum ſic accendit, vt plerique Patriam poſthabuerint, (quod de Torquato Taſſo Poeta eminentiſſimo, & Hetruſcorum Vatum Principe conſtat ſatis) atque in Siciliam conuolarint ad habendum cum Antonio vltro, citroq; ſermonem. Memorabili Caſtelli maris ruina diem obijt. Erutum ex huius Caſtelli parietinis cadauer in Montis Regalis Vrbem, bonis omnibus collacrumantibus, translatum. Dum effoderetur, Comes Alba de

Aliſta Prorex interfuit; denatumquè, cum vidit, lacrimas tenere non potuit, edixitquè Siciliam huius vnius iactura amiſiſſe ornamentum, ac decus ſuum. In S. Viti Templũ non ſine ſuorum mærore, ac lacrimis illatum. Dum viueret, ſibimetipſe tumulum compoſuit, exterumquè vatem noluit Encomiaſtem. Hocce eſt.

Exanimem tumulo ſculptum, qui cernis Olorem,
Hanc Tambam Vates Vinitianus habet.
At cum Vate iacet bona Muſa, & docta Minerua;
Tres vixere ſimul, tres tegit vrna ſimul.

Obijt longiori ęuo non indignus XIX. Auguſti.
Anno ab orbe repar. M.D.XCIII.

ANTONII VINITIANI

Epigrammata.

S. *Rocchus*.

Improba felicem Peſtis populata Panormum,
Vicinos latè ſaturabat Ciuibus agros;
Cum miſeratus opē cælo, dextramq; dediſti.
Muneris ob tanti meritū tibi, Rocche, ſacramꝰ
Hoc quantū illud cumq; eſt; tu bonus inſpice
Æternūq; tuo deuotos numine ſerua. (mentē,

S. *Sebaſtianus*.

Vrbs hæc, quæ meritò Sebaſtiane,
Se addixit tibi vindici ſalutis,
Si non exuuias: nec arma, figit
Hæc paſsim ſimulacra, figit, vt ſint
Patronoquè, Duciquè, Principiquè
Votiuæ monumenta ſeruitutis.

S. *Nympha*.

In Patriam ſeruata diù melioribus annis
Prorege Henryco Nympha beata redis.
Protectrix noſtræ Ciuis non degener Vrbis,
Et Regnum, & Regni Diua tuere caput.

D. Nympha. Ciuis. Vrbis. noſtræ. Protectrix.

Anagramma.

Henryc. Pror. temp. tranſ. ſub. an. VI.
D. XC. III.

Scilicet

Henryci Proregis tempore ſub anno ſextæ
Quingenteſimi nonageſimi Tertij.

Aliud.

Clement. Octa. Di. Fauen. miſera. Pont. Max.
grat. Dmñ. Mariæ. Pimẽtel. ac Fõſecą. rogatu.

Scilicet.

Clementis Octaui diuina fauente miſeratione
Pontificis Maximi gratią

Che rende

Domnæ Mariæ Pimentel, ac Fonſeca rogatu.

Nec munus potius, ſed non potiore rogatu
A Clemente dari, a Maria exorarier vna
Cara Panorme tibi potuit, quo reddita Nym-
phæ eſt.
Nympha decus Patriæ, dominæ debere Pi-
mentel,
Ac Fõſeca agnoſce, hæc gratia gratior omni.

Vir-

Virgo Deipara.

Auguſti Erygone induitur ſole idibus, ijſdem
Sole ſuo induta eſt vnica Virgo, Parens.

Eadem.

Ante Dei partum Virgo, partuquè ſub ipſo
Poſt ſimul oblatas accipe Virgo preces.

Eadem.

Hinc Sol, hinc Virgo, cæleſtis ſcilicet ortus
Solis,& Occaſus; Sol procul eſſe poteſt?

Chriſtus Cruci fixus.

Heu pietas,heu mirus amor, ſtat flebile lignũ,
Vitæ Auctor moritur, reddita vita reis.

Hæc eſt felicis decus, & tutela Panormi,
Quæ Auctoris nomen grande ſalutis habet.

Eulaliam, Eulaliam tranſis quicumq;, ſaluta.
Cui dos,Crux;Chriſtus ſpóſus, amorq. fuit.

Mare Dulce,

Quod è muſcoſo ſpecu in æquor
Panormitanæ Vrbis erumpit.

Cum Natura ſuos decreuit ponere fines,
Pollicita eſt montes, & maria ipſa tibi:

Fal-

Fallacem ne crede; dedit, quæ dixerat olim,
Atquè eſt pollicitis æqua reperta ſuis.
Hinc circumpoſitis cinxit te mœnibus; inde
Prodiga litoreis te quoquè cinxit aquis.
Hæc ne cum multis eſſent communia; fecit
Dulcis vt in Concha ſurgeret vnda maris.

Nauis è marmore facta,

Quæ in agro panormitano enauigans inſpicitur.

Marmoreã liquidis Puppim miraris in vndis
Siſtere, nec mergi tam graue pondus aquis;
Deſine mirari: docuit, qui finxit alas, (gã:
Atquè Homines Volucrũ carpere more fu-
Olim cum Siculis artem exerceret in oris,
Edocuit liquidis ſiſtere marmor aquis.

Caraphus.

Pan. Hoſpes adi, vitreas hauri de marmore lymphas,
Et feſsam arenti gutture pelle ſitim.
Seu pendere velis quina curuatus ab vnda,
Et terere appoſitã marmoris æra manu.
Fiſtula ſeu maior manãtibus obruta lymphis,
Præbeat in vitro pocula grata velis.
Hoſ. Sed tu cur gremio ſinuoſũ amplecteris anguẽ,
Et ſinis infeſto pectora dente fodi?

Pan.

Anguem ſeruo meum, ſpargat qui dēte cruorē, *Pan.*
Vt proprio externos ſanguine ſemper alam.

Panormus,

Quam Serpens petat.
Hoc facio, vt noſtris præſto ſit Ciuibus vnda,
Quæ ſi non ſupereſt, ſanguinis vnda fluat.

Fons,

In ipſo noui portus ore è viuis ſi-
licibus excitatus.
Rege Potētiſs. ac ſuper omnes retro Auguſtiſſ.
Philippo II.
Prorege Didaco Henriquez, & Guzman
Prætore IIII. Vincentio Adflicto.
Colantonius Spataphora, & Andreas Salazar
aquæ caput purgari, in fontem reduci, &
operibus ampliatis exornari curauerunt,
ijdemquè probauerunt. 1589.
Surgunt in noſtris miracula ſedibus hoſpes;
Lympha vbi dura ſilex, terra vbi pōtus erat.
Vrbis opus tantæ eſt fluctus cohibere furētes,
Et vitreis paſſim fundere nectar aquis.

Fons,

Qui ad noui portus os vergit.
Didaco Henriquez, & Guzman Prōrege.
Vincentio Adflicto Prætore Vrbis.

Colantonius Spataphora, & Andreas Salazar Oper. Cur. aquam a ſuperiori fonte deduxerunt.

Ann. 1589.

Accipite o Natæ Nereo, quas fertis amaras,
Reddit ab hoc dulces fōte Panormus aquas.

Fontem a Fonte.

Aurea Concha ſinum placidum, atquè argentea præbet
Pocula: iam veniant lætæ, abeantq; rates.

Henrico Guzman Oliuaren. Comiti Principi Opt. Siciliaquè Proreg. optatiſſ. Aduenienti.

PANORMVS præ incredibili lætitia ſuis ſe finibus continere non valens, ſaxea hac mole ad mare excitata exultans obuiam procedit.

Don Coriolano Bononia Præt. Don Franciſco Lombardo, Don Laurentio Bonanno, Antonino Bonaccolto, Don Vincentio la Roſa, Don Gaſparo Bellacera, Iacobo Caggio.

PP. CC.

Ad Henricum Guzman Oliuaren. Comitem, Siciliæq; Proregem, Panormum primo aduenientem.

Lignea facta alijs, poſita eſt tibi ſaxea moles,
Primus & inſolito litus honore ſubis.
Scilicet Vrbs meritis ingentibus æquat hono- (rem,
Æternumquè cupit, quod dicat, eſſe decus.

Magno, Inuicto Philippo II.

Prorege Didaco Henriquez de Cuzman Comite Albadeliſtæ, Colantonio Spatafora, & Andrea Salazar curat. Præt. Vincẽtio Adflicto.

Huc ades, & tria vel te, quod iuuat, ex tribus exple.
Viſum opera, mentem carmine, rore ſitim.

Aquila Panormitana.

Aurea cur cœlũ ſpectas? color aureus Vrbi eſt.
Aptius hoc dictum eſt Aurea Concha ſolũ.
Et modo ter felix Vrbs hæc erit aurea; quare
Non mirum ex auro, ſi mihi penna nitet.

Clepſydra.

Temporis hic index, tenui qui puluere manat,
Iamdudum Græcis Clepſydra fluxit aqua.
Humor hum⁹ fact⁹, nos certè, & noſtra figurat,
Dũ vita eſt, lacrimæ; dũ morimur, cineres.

Hercules Fœminæ ſubditus.

Monſtrorum domitor, Terrarũ victor,& Orci
Victus fæmineo ſubiacet imperio.
Quæquè olim victrix quæſiuit dextera claua,
Amiſit fragili victa ſiniſtra colo.
Quam citò cum tenui tenuis fit gloria filo,
Quantaquè cum fuſo fama cadente cadit.

Venus Saucia.

Quæ macies? qui pallor? amas. nam pallor a-
(mantum eſt.
Me miſerũ, nunquid ſæuus Amoris Amor?
Sum mea flamma mihi; flagrauit pectus E-
(rymnis,
Nec Genitrix Phſiches, vicit Erymnis, amo.
Eheu vbi tot palmæ, tot ſunt vbi Nate triũphi?
Victus an a furijs? omnia vincis amor.
Has mereo pænas Cytherea; Hominumquè,
(Deumquè,
Quæ cordi inflixi vulnera, nunc patior.

Cupido, ac Venus ſimul vna addormitantes.

Dormit Amor fractis iaculis, dormit Venus,
(at non,
Quem ſemel icit Amor, quem capit ipſa Ve-
(nus.

Felix Porta.

Cuius tantum annis ſuperioribus extabant

Fundamenta.

Loquitur Porta ad D. Felicem M. Antonij

Columna Coniugem.

Marco, Felices nectunt dum ſtamina Parcæ,
Ambo felices dicimur a Siculis.
Marco Infelices truncant dum ſtamina Parcæ,
Ambo infelices dicimur a Siculis.
Tolle mihi nomen, tibi quod tua fata tulerũt,
Nec mihi des nomen, quod tibi fata negãt.

Sacer Quæſitorum Magiſtratus.

Tuta foris, tuta eſt intus Trinacria Tellus,
Hinc Quæſitor agit, Pontus, & inde fremit.
Audax ſi quis erit, Triquetrã qui lædere tẽtet,
Nil iuuat eſſe intus, nil iuuat eſſe foris.

Acroſtichis, Telioſtichis.

DON LVDOVICVS TORRES.

D iſcat cui ſacri cuſtodia credita ouili S
O mne ex te munus, ſeque tua auctet op E.
N am modo tu teneas clauum, & moderere Magiſte R,
L intrem nullus aquæ verſat, agitq; timo R.
V elaque turgenti nil formidantia pont O
D es licet, ira ſalis mitis, & vada cade T.

O no-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO.EMANUELE

O noua longè alia à primis miracula Turri S,
V ndiquè diuina ſat benè culta man V.
I rruat hinc venti furor,& maris irruat illin C,
C ontra vos portæ nil poterunt Ereb I.
V tque bona aſpexere pio nos numina vult V,
S olem te noſtro quando dedere pol O;
T e incolumem nobis ſic ſeruent , & preco
(quicqui D
O ptatis pleno dentquè , ferantquè ſin V.
R edditur en rursū per te ætas aurea Præſu L,
R edditur aſpectu ſplendiore tame N.
E t ceu nil ortum melius te credimus vn O,
S ic certum tale eſt non oriturum aliqui D.

Aula Palatij Montis *Regalis* .

Hanc Aulam,cui Roma dedit nomenquè,de-
(cuſquè,
Quod monumenta Vrbis referat præclara
(vetuſtæ
Romanis Siculæ aduectis telluris ad oras
Antiſtes ſtatuit Ludouicus Torrius vna
Cum cellis hic coniunctis , quod quando lu-
(bebit
Cauſa animi ad ſedes poſsint diuertere ami-
(cas :
Et

Et dum proſpicient ſimulatæ mœnia Romæ,
Hic deſiderium Patriæ vel imagine fallant.

Solare Horologium
In Atrio Palatij Montis Regalis.

Nō magis hæc vitæ dicas, quā ſtamina mortis,
Tā venit hæc præceps, quā celer illa fugit.

Ibidem.

Clitorij fontis procul hinc Abſtemia ſiſte,
Vndas, Vina ſimul Regia Nais amat.
Præbet inexhauſti ſitienti gurgitis hauſtus,
Et benè cum Baccho fœdera grata coit.

Ibidem.

Caſtalij fontes, Arathuſæ, Aganippidos vnda,
Dulcior en veſtris nunc ego dicor aquis.

Matthæus Doniæ, qui opus de Formica conſcripſit.

Donia Formicæ dum vis conferre Cicadam,
Nec monſtras, quod ſint condus, inerſquè (pares:
Parua tibi exiguis non ſurgit gloria rebus,
Nec tenuis tenui fama labore venit.

Sanctorus Vitalis.

Tu Patriam officio, ſcriptis, & moribus ornas;
Haud ſcio ſi tulerint ſæcula priſca parem.

Mo-

Moribus es verè Sanctorus, & Vrbis, & Orbis
Exemplar, recti norma, pudoris honos:
Officio Vitalis opem, qui protinus ægris
Ferre vales: Medicus re, probitate, fide:
Scriptis ſic tibi, ſic nobis, ſic conſulis arti,
Dum referas veterum dogmata dogmatibus
Vt ferias cœli vaga vertice ſidera ſummo,
Atquè tuis meritis clara Panormus eat.

Mater cum tribus liberis ſequiente Iaponiæ Rege Tarioſama in ſupplicium vocatur:

Cum Matre, & teneros in turpia funera natos
Ah nimium immitis cogeret ire furor.
Vt ſemel audiuit ſceleratæ nuncia mortis,
Scilicet in funus ſequè, ſuóſquè trahi;
Vritur, & pugnant in pectore; Amorque, Pudorquè,
Prolem deflet Amor, fata inhoneſta Pudor.
Sæuit inops animi, generoſaq; pectora pulſat,
Sic pudor, vt rabido è pectore cedat Amor.
Arma capit, fitq; ipſa ferus de Matre ſatelles,
Natorumq; furit ſanguine tincta manus:
Ah facinus, ferro pectus ſibi fodit eodem,
Teſtans vltores ſanguinolenta Deos:
Et cadit, & tepidos natorũ amplectitur artus,
Dedecus & gaudet, qua datur, vlta mori.

Quan-

Quãtũ honor, ah quãtũ mortalia pectora tãgis,
Quando etiam in molli pectore dura geris.

Ad Hiſpaniarum Regem Pro Ioanne Philippo Garzia.

Caſtra tibi, & populos, Regũ ter Maxime, ſub-
Qui tua bella ferox miles vbiq; gerit. (dat,
Eſt & qui dedat valido in certamine turmas
Vel minitando fugæ, vel ſuperando neci.
Non acies Ponto, nec Terris arma Philippus
Vlla mouet, ſtudijs quem bona Pallas alit:
Sed marte ille ſuo pugnat, fœdamq́; Triquetra
Haud alias, viſa diſcutit arte luem.
Quod ſi eadẽ eſt virtus quęrẽdi, & parta tuẽdi,
Quid? rogo, qui ſeruat, nõ tibi regna parat?

Perdicca Eques.

Carmina, nõ aurũ mittit Perdicca, Lonardus,
Inclyta non auro gloria, carminibus.

Montana Regis effigies.

Auratũ benè nomẽ habes, benè Cõcha voca-
Et benè per vitreas aurea ludis aquas. (ris,
Digna vbi perpetuo regalia membra lauẽtur,
Qualia per montes cernimus orta tuos.

In Saluſtium Tarugi.
Huiuſce inſigne gentilitium,
Columba.

Qui mentita nouæ memorans inſignia gẽtis,
Salluſti,arma ſibi Cypridos aptat auem:
Debebat Coruũ, nõ arma referre Columbam:
Hæc fugit alba neces,quas niger ille cupit.
Sed si me propria non arcet Torrius arca,
Atquè manus reducem non inimica fouet.
Sit modo quod mauult Coruusve, Colũbaue:
Hic ſpero Volucris neutrius eſca fore(tutus

Ad Philippum Parutam.

Et Patrum cura,& ſtudio ſublata Parutæ
Res vix digna fide,debet vtriſquè lues.
Illis,quod tales nacta eſt certaminis hoſtes,
Huic etiam,tali quod tuba, & ore ſonet;
Quis ſcit, ſi Aſclepij manus, & vis priſca me-
Par illis,par huic ſuada Periclis erat?(dendi
Dumquè hic geſta refert,illi geſſere relata,
Ambigo,quid præſtet dicere, vel facere?

Pro Pharmacopolarum Cereo.

Quod lubet, haud obſto, decernãt Pergamus,
(& Cos,
Creditur vni omni vita,fideſquè mihi.

Al.

Obſtrepat hic,alter contendat, detrahat ille,
Lydius eſt cunctis alta Columna caput.

Al.

Cedite vos, quæ conſulitis mortalibus artes,
Vis veſtra ex noſtra ſtatquè,caditq́;manu.

In Ventum Borealem
Amicam puppim in ſcopulos, ac
Syrtes abigentem.

Flat Boreas, Boreæ vis effera cõmouet vndas;
Iam tua,nî fugias, naufraga Puppis erit.

Al.

Nauita vela premas, Boreæ vis perfurit, vndis
Vel tibi naufragium, vel tibi bella parat.

Al.

Eule Pater pelago Borealem cõprime ventũ,
Non hunc Nautarum vota,preceſq; mouẽt.

Al.

Si Boreæ vis ſæua fremat, fuge litora Puppis,
Haud Borea tutum eſt hoc tibi flãte ſalum.

Al.

Bella ſolo,sũt bella ſalo; ſuſquè omnia dequè,
Nauita vin' cauſam noſcere? adeſt Boreas.

Ad Antonium Cingalium
In Ducis Montiſalti nuptias pangentem
Ode.

Dum canis Regum ſobolem, Triquetræ
Principum iunctam face nuptiali
Maximo, & ſolers operoſa vates
Carmina fingis.

Diſcis ex ipſis quid Hymen ſit; vnde
Mutuus vires ſibi ſumat ardor;
Et quo amor vinclo thalamos, Deorum
Copula iungat.

Atque ſic viuos calamo colores
Ducis, & veram MARIÆ figuram
Exprimis, diuis ſimilem, parumuè
Numine, & orc.

Adde Franciſci quod & ipſe ſpirans
Vultus affulget; calet & puella,
Et calet (mirum) iuuenis flagranti
Vxorius igne.

Ergo dum plenis titulis honorum
Sumis Heroum celebrare tedas,
Crede mox plectro meliore partus
Dicere laudes.

Ore, qui magno referat parentes,
Atque Auis non ſit minor. Apprecemur,
Audiant hæc vt ſuperi, ſuoque

Numine firment.
Tunc ego (o verum recinamus omen)
Geſtiens aris, dabo thura ſacris
Debita: nam vos neque ſero viſam
Fronde decoros.

VVilelmi Regis ter Opt.
Tumulus
In Montis Regalis Æde Maxima
Ab Ludouico de Torres 1. Ar-
chiep. magnificentiſsimè.
erectus.

Guilelmo II. cognomento Bono Regi Siciliæ, qui vixit annos XLVI. Tēplum hoc Virgini Dei Genitrici ſtatuit, Cœnobium illi cōiunctum extruxit, Magnificentiſſimis donis, & Vectigalibus ditauit. Montem Regalem a Lucio III. Pont. Max. Metropolim cōſtituendam curauit. Vt iuſtiſſima, ſic ex ſententia ſemper bella confecit. Sanctam Sedem Apoſtolicam contra eius hoſtes omni ope, & conſilio iuuit. Obijt Anno ſalutis M.C.XXCIX. Ludouicus de Torres Archiepiſcopus, ne tantus Rex ſine honore iaceret, Principi Opt. & Religioſiſſimo P. Anno Iubilæi 1575.

In-

Inclyta quas verbis ſapientum turba recenſet
Virtutes, ſolus factis hic præſtitit omnes
Egregijs, quare bonus eſt cognomine dictus.
Vtquè bonus magno lōgè eſt pręſtantior, illo
Maior Alexandro, ſic Rex Guilelmus habetur.
Artibus ipſe etenim pacis, belliquè fuiſti
Clarus, & vt ſemper iuſta, ac pia bella gerebas.
Sic quoquè læta tibi ſemper victoria parta eſt;
Et nunc ne vilis iaceas, Rex Optime, Præſul
Te decorat tumulo hoc Ludouic⁹ Torri⁹ aureo,
Hoc ipſo in Tēplo, quod tu Guilelme ſacraſti.

Tumulus.

D. Polyxenæ Barbaræ Matronæ ſagæ, ſeu
Eræ, atque in primis ſanctæquè ann.
Obijt II. Set.
Ili D. Melchiora Ciſontes F. Poſt leſſum,
& Næniam, vt ſuauiſs. Genitricis cadauer
buſto memoriam, monumēto pietatem off.
conſeruaret
Lius virtutem, huius ſtudium imitator,
obſeruato, colito.

Debueram caræ natà officioſa Parentis
Condere viſceribus te potuiſſe meis.
Sic vteri munus tumulo ſoluiſſe viderer,
Et primam ſummâ reſtituiſſe diem.

At

At cum te lapide includi, non corpore detur,
Cur non ſim iuſto tacta dolore lapis?

Tumulus.

Nō ſatis eſt viuo Genitrix celebraſſe Tonātis.
Te mihi, qua poterit ſed cinis arte colat.

Æternæ. Memoriæ. Antonini. Morſi. Qui. Generis. Claritatis. Gibbillinæ. Dominatum. Iuris. Prudētiam. Iunxit. Ingenio. Marchiſius. F. Parenti. Omnibus. Exemplis. Optimo. Deuinctus. Paternis. Meritis. Et. Mœrore. Orbitatis. Suæ. Munus. Supremum. F.

Vixiſti. claris. plenos. virtutibus. annos.
Iā. fruere. ęterno. cū. animis. cęleſtibus. æuo.
Et. me. diuulſum. caræ. Genitricis. ab. ore.
Ferre. ſuprema. tuo. flētē. Patrięq;. ſepulchro.

Tumulus.

Vincentiō. Morſo.

Summa. ſemper. Humanitate. Abſtinentia. & Moderatione. Tam. In. Otio. Quam. In. Negotio. Verſato. Antoninus. F. Patri. &. Animo. Et. Natura. Indulgentiſsimo. Pietatis. Erga. Eum. Suæ. Teſtificandæ. Gratia. Poſt. Iuſta. Mæ. P. Vix. Ann. LVI. Obijt. XI. Kal. Martij.

D. O. M.

Ne.nimiũ.ſæuo.gaude.Mors.improba.morſu.
Nõ.quodcumquè.tuus.dẽs.ferit.inde.perit.
Dũ.Morsũ.mordes.te.Morſi.Fama.remordet.
Quam.vel.te.inuita:Vita.perennis.alit.

Tumulus.

D. O. M. S.

Don Petro Gregorio nobilitate,artibuſquè citra notam conſpicuo Vrb.Panor.biẽnio,quod paucis cõtigit, prætegni Quæſtori, Regni Limenarchæ, Regni Prothonotario, & ProPræt. Quandoquè pro dignitate ſemper,ac omnium deſiderijs;

Et D. Mariæ Ramæ
Morib.natal.ac prud.priſcis, illuſtribuſq;
Fœminis comparandæ
D. Carolus F. Parentibus Opt. Lectiſs. Cariſs.
mærore orbitatis afflictus
P.

Carolus inſtructo dum cõderet oſſa ſepulchro
Vmbra parentanti proxima Patris ait.
Pone modũ lacrimis,ſatis eſt clareſcere fama,
Non meruiſſe minus,ſed valuiſſe magis.
Iam fruimur cælo, atquè vna cariſſima cõiux,
Hoc potis eſt virtus ſola beare loco.

Tu-

Tumulus.

D. O. M.

D. Franciſco Vintimilio Caroli Comit: Max. F. Natu primo, qui intra iuuentut. primordia nõ prius Tyro, quam Dux in vindicanda Flādriæ rebellione, qua triennium verſatus XXIII. poſt receptum in Patriam die, ad Pedegrutta, ex VIII. Kal. Ian. in illa feralis pontis clade, occubuit. D. Ioanna Mater infel. cõtra votum ſuperſtes munus ſupremum.

P.

Dum Didaco reduci de more in litore præſto (eſt,
Læta manus Procerum, Põte cadente, cadit.
Tum ſimul ac Ioāna videt crudele per æquor
Franciſci lethum plena doloris ait.
Non hæc Nate mihi debebas gaudia, mortis
Vt ſim ſpectatrix heu miſeranda tuę. (gor,
Tu fluctu emergis, luctu ipſa miſerrima mer-
En datur ex vndis condere corpus humo.

Tumulus.

Virtuti. eximiæ. nimis. heu. mors. inuida. ſēper,
Victor. longa. tamen. ſæcula. viuit. honos.
Iacobo. Ciancardo. Panormitano. Simonis. F. I. C. Doctrina. Et. Dexteritate. inſigni. Præclari. Illius. inſtituti. Quod. Redemptio.

Captiuorum. appellatur. Auctori.
Octauius. I. C. D. D. Vincentius. S. Theologiæ. Doctor. Horatius. Et. Andreas. Fratri
memoria digniſſimo P.
Ann. CIC.IC.CX,

Tumulus.

Petro Porcaro viro in omni vita ornatiſſimo, Benedicti adhuc ſuperſtitis Illuſtris Iuriſprudentiæ conſulti, & Eulalię Spataphoræ Matronæ Panormitanæ nobilis F. Qui vixit annos XXXVIII. nemini non cariſſimus. Ob. Pridie Kal. Maij. Nemini non exoptatiſs.

Angelica Sancetta æquè genere, ac moribus clara, Coniugi Opt. Fideliſs. Incomparabili. Mæſt. Mon. Poſ. & ſibi, & Filijs. Ann. Domini CIↃIC. XC.

Heu ſpes vana virum Angelicæ inuidere co-(hortes
Angelicæ; viſum cælo plus coniuge dignum.
At cur eripitur miſeræ florentibus annis.
Æternum mi Petre vale, nos flēdo ſequemur,
Donec vt è thalamo tumulo iungamur eodē.

Tumulus.

D. O. M.

Don Franciſco Vaſſallo, & Corbera generis

 no-

nobilitate, morumquè probitate conſpicuo, Equeſtrium Operum, dexteritati, ingenuo florente iuuenta, optima vita functo, qui vt perpetuum ſuæ pietatis, atquè in Patrem obſeruantiæ monumentum erigeret, Parentis cineres eodem lapide, quo ſuos, voluit aſſeruari. D. Vincentius, & D. Ludouicus Vaſſallo Fratres amantiſſimi piæ voluntatis ſtudioſi

P. P.

Excipio hoc tumulo cari pius oſſa Parentis,
Et Pater in gremio me tegit ipſe ſuo.
Sic ego quæ accepi Genitori pignora reddo,
Et Genitor munus ſic fouet ipſe meum.

Tumulus.
Octauij Ciambri.

Abſtulit Octaui mihi te Mors inuida terris,
Tequè tibi felix deſuper aſtra tulit.
Sit ſedes animæ cælum, tegat vrna cadauer,
Sitquè hoc marmoreũ pignus amoris opus.
Eſt locus ipſe etiam, quo tu poſt funera viues,
Nõ gelidũ hoc marmor; pectus amãtis erit.

Geſolinæ Tumulus.

Non marmor fætet, nõ tetrum ſpirat odorem,
Non fluit è niuea tabida mole lues.

Balſama pro ſanie, pro tabo ſudat amomum,
Frigida ſed tyrio rore ſepulcra madent.
Detegat vrna ſinus Geſolinæ exhalet odorem,
Quam Gelſominam litera iuncta vocat.

Tumulus
Eliſabethæ à Carretto.

Hæc dum præcipuis vitam virtutibus implet,
Dũ ſtupet his mũdus, dũ recoli aſtra volũt.
Bis ſenis annis, luſtris bis quinquè peractis
Permittunt placido funere fata rapi.
Oſsibus hunc tumulum natæ pia cura dolẽtis
Conſtruit Alonſæ quæ gemit orba diu.
D. Eliſabetha a Carretto obijt XXIII. Octob.
1 5 9 0.

In obitum
Fabritij Valguarneræ Ann. XIV.

Matris amor, Patriſquè decus, ſolatia vtriquè:
Patris amor, matris gloria, vtriquè dolor.
Nate ah Nate Patris luctus, matriſq; querelæ,
Quis non maturo funere te rapuit?
Aut non debueras vnquam dulciſſime naſci,
Aut non debueras tam cito, Nate, mori.

Æmilia Coniux tumulum F.

Giarlatanæ Marchioniſſa.

Marmore te gelido Æmiliæ poſuere dolores,
Cordis vt ardentes leniat illa faces.

Eadem

Vt lacrimas noſtras Cõiux, tuaq; oſſa ſepulchrũ
Claudat idem, lacrimas hic quoque claudo
Scilicet in cinerẽ, cũ te tua fata reſoluẽt,(meas.
Ex cinere, & lacrimis exoriare meis.

Nænia

In funere Lauræ Dies, & Serræ.

Lauræ auram vitæ rapturi ex arte ſuprema M
Arma mouent Charites, Mors, Amor, vnde
D. O. M. (fug A?
Victi Amor, & Charites ceſſere, ſed impro-
(ba Mors ho C
Re patrat, & tectum falſa caput ferij. T.
Aſt vbi cognouit ſcelus icta intrinſecus ir A
Mox aciẽ Charitum cũ truci amore necá T.

Tumulus.

D. O. M.

Ioanni Iacobo Gaſtodengo Patritio Sauonẽſi,
Qui cum multos annos multa fidelitate Tra-

pezæ

pezæ negotia feliciter peregiſſet, memorabili æquè, atq; infelici Põtis ruina oppreſſus obijt. Sorores, & Iulius Filius Fratri, Patriquè Benemerentiſs. Amoris, & Pietatis monumentum Poſuere. Vixit annos L. Obijt XVIII. Kal. Ian. M. D. L X X X X.

Tumulus.

Ioſeph Bonaccolti nobili Adoleſcenti ob eius animi, corporiſq; dotes, atquè virtutes, & prę-ſertim in ludis equeſtribus dexteritatem longiori æuo non indigno Antoninus Pater, & Eulalia Bonannus Mater non ſine lacrimis, & mærore poſuerunt. Obijt. XV. Nou. III. Ind. 1 5 7 4.

Tumulus.

D. O. M.

Andreæ Auguſtino Auo a regijs rationibus Magiſtro, Regioquè Conſiliario, panormitana Prætura ſæpe functo, Petroq; Filio, & Patri ad ſexaginta annos paternę dignitatis, annuęquè præturæ integerrimo adminiſtratori tum in expeditione africani belli, tum in legatione, & victoria germanica ad Cæſarem militi ſtrenuo. D. Franciſca. D. Gerardi Migliaccij, & a VigintimillijsMontisMaioris Domini vxor ponere curauit.

Tu-

Tumulus.

D. O. M.

Baldaſſari. Muſo. Brancioquè. Splendidis. Virtutum. Ornamentis. Ac. Natalium. Claritudine. Decorato. Quem. Mors. Properata. Nimium. Nondum. XXI. Suæ. Ætatis. Anno. Peracto. Rapuit. Ioanna. Brancia. Mater. Męſtiſs. Dolorum. Hæres. Relicta. Cui. Cetera. Pars. Vitæ. Funus. Erit. P. cum. lacrimis. XIX. Septemb. M.D.LXXXIII.

Tumulus.

Ioſephi Maſtr'Antonij.

Olim domeſtico exemplo inſtructus
In Parentes talis extitit,
A cœlo quales ſibi optabat liberos.
Ioſepho Maſtr'Antonio decori, & præſidio
Magno ſuæ apud nos familiæ,
Eadem, quæ eſt, quæ & hodie Florentię
Floret, Bardorum vetus, & inclyta,
Paterna pietate impulſus Aloyſius,
Paruũ hoc marmor, magnis at nõ ſine lacrimis
Poſuit; eritquè locus, & ſacer admodum;
Donec ſuos dilectis addat cineres.

Obijt anh. Sal. M. D. LXXX.

Ætat. Suæ XLI.

Hie-

Hieronymi Imperati
Tumulus.

Hieronymo Imperato
Natione Parthenopeo, Incolatu Panormitano.
Perfice quiſquis eris, cœlatū marmore carmē,
Et memor humanę conditionis eris.
Cōditus exigua iacet hic Hieronymus vrna,
De Induperatoris nomine nomen habens.

Tumulus.

Franciſco Beluis Illuſtriſs. Proſapiæ DD. Belgidæ, & Beluis a funeralibus Pedegruttæ aquis egreſſo VII. die ſuperuiuenti XXV. ætatis ſuę anno cęlum ingreſſo, Lucretia Coniux & ſibi gemens P.

Niſi quia Dominus erat in me, aqua abſorbuiſſet me; mare pertranſiuit anima mea, forſitan pertranſiſſet aquam intollerabilem.

Viator, & Marmor.
V. Quis iacet hic Marmor. M. iacet hic Antonia Beluis,
V. Quid? M. Pietas, Virtus, Forma, Pudorquè iacent.

V. For-

V.Fortunate lapis,cui condere contigit vni,
Theſaurum tantæ conditionis opum.
Obijt die Iouis III. Idus Martias VI. Ind.
M. D. LXXVIII.

D. O. M.

D.Ioſepho Gambacurtæ Iuueni magnis in rebus agendis ſpectatæ dexteritatis, dum ætate corporis præſtantiâ, omniquè virtutis genere floreret, immaturâ morte prærepto, Filio reuerentiſſimo ad Patris votum in omni vita formato; D. Modeſtus Gambacurta, quod ſibi parauerat ſepulchrum, Mæſtiſs. P.
Vixit Ann.XXI. VIII. Kal.Non.
CIↃDLXXXIV.

INSCRIPTIONES,
Quæ ſparſim, paſſimquè ab eodem
Antonio Vinitiano
Conſcriptæ perleguntur.

Græcorum Portæ.

Diuo Carolo Quinto Imperatore
Rege Siciliæ
A. D. M. D. LXXXVI.

Quinto bello punico,deuictâ Vrbe Africâ, ab

optimo Duce Vega, funditusq; deleta, delatiſque Foribus ſuperatæ totius Africanæ regionis præcipuæ Ciuitatis, S. P. Q. P. ad inimicorum dedecus, virtutis gloriam, ac ſæculorum memoriam prodendam collati beneficij illas, hoc in publico ſtabiliri decreuit.

Hos Vega Ioannes poſt punica prælia poſtes
Ferratos capta victor ab vrbe tulit.

In Templo a Victoria

Porta hæc (in quam Rogerius inuictiſſimus Siciliæ Comes irrumpens aditum exercitui Chriſtiano ad Vrbem hanc Panormum ab indigna Sarracenorum ſeruitute emancipādam venienti patefecit) Victoria cognomento, ab eo deuictorum hoſtium ſummo cum honore ob inſignem reportatam victoriam, Deiparæ Virginis cultui victoris eiuſdem Principis ardēti, ac pio deſiderio cōſecrata eſt. Quintili Mēſe Dominicæ Incarnat. Ann.M.LXXI.

In ipſo Portæ Græcorum egreſſu.

Prouidentia M. Antonij Columnæ Pror. Opt. & Inuict. Publicanorum petitu ob Viæ Columnæ opportunitatem, & cæli temperiem

beni-

benigniorem, decretum magno totius Vrbis applauſu, vt vectigalia, non vt hactenus Thermitanâ, ſed hâc tantum Portâ percipiantur. Ann.ab orb.Redemp.M.D.LXXX.

Præ Foribus viæ Auſtriæ.

Ex auctoritate Philippi Hiſpaniarum, & Siciliæ Regis.

M. Antonius Columna Prorex Portam nouam ob Caroli V. Imperatoris ex Africa triumphãtis redditum auſpicatam in ampliorem formam erexit, & ſignis Abundantiæ, Iuſtitiæ, Veritatis, & Pacis cultor ipſe exornauit, & Auſtriam dixit, vt paterna gloria, & filij pietate illuſtri apud Poſteros cõmendetur monumẽto. M.D.LXXXIV.

Retro.

Porta ad dignitatem nouã formâ, reſtituta via intra Vrbem, ad oram maritimam, extra ad terminos vſquè Montis Regalis producta, vt Porta Viæ, Via Portæ ſplẽdore niteſcat. Fabritio Valguarnera Præt. Leonardo lo Porto, Syluio Ramo, Proſpero Abbate, Ioſepho lo Campo, Andrea Saladino, & D. Carolo lo Campo,

In angulo Domus Hoſpitalis S. Bartholomæi.

Philippo Rege Inuictiſſ.
Pietate Comitis Albaliſtenſis Proregis, Senatuſquè Panormitani cura,ſumptuquè, Domus Hoſpitalis inſtaurationi, vięquè conſulitur. D Franciſco Cāpo Pręrore. Don Petro Alliata, Saluatore Carauello, Paulo Pariſio, Antonio Lombardo, Michaele Saladino, & Alphonſo Madrigal PP.C. Ann. M.D.LXXXVI.

In Pomario extra mænia.

